



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Conciliis Generalibus Approbatis Ac Reprobatis Breve Compendium.

Longo, Francesco

Romae, 1624

§ 1. Excommunicantur Haeretici cuiuscumque Sectae, eorundemque fautores, libros legentes, tenentes, aut imprimentes, & Schismatici.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10467

gloriam, & animarum salutem
solemniter exercere consueve-
runt. Nos igitur, quibus nihil
optabilius est, quam fidei in-
violatam integritatem, publi-
cam pacem & iustitiam, Deo
auctore, tueri, vetustum, & so-
lemnem hunc morem sequen-


*Excommunicantur Hæretici
cuiuscumque Sectæ, eorum-
demque fautores, libros le-
gentes, tenentes, aut impri-
mentes, & Schismatici.*

Excommunicamus, & ana-
thematizamus, ex parte Dei
Omnipotentis, Patris, & Filij,
& Spiritus Sancti, Auctoritate
quoq; Beatorum Apostolorum
Petri, & Pauli, ac nostra quos-
cunq; Hussitas, Vviclephistas,
Lutheranos, Zuinglianos, Cal-
uinistas, Vgonottos, Anaba-
ptistas, Trinitarios, & à Chri-
stia.

Christianam fidem Apostatas, ac omnes
 & singulos alios Hereticos
 quocumq. nomine censeantur,
 & cuiuscunque sectę existāt, ac
 eis credentes, eorumq; recepta
 tores, fautores, & generaliter
 quoslibet illorum defensores,
 ac eorundem libros Hæresim
 continentes, vel de religione
 tractantes, sine auctoritate no
 stra & Sedis Apostolicę, scien
 ter legentes, aut retinentes,
 imprimentes, seu quomodoli
 bet defendentes ex quavis cau
 sa publicę, vel occultę, quouis
 ingenio vel colore, necnon
 Schismaticos, & eos, qui se à
 nostra, & Romani Pontificis
 pro tempore existentis, obe
 dientia, pertinaciter subtra
 hunt, vel recedunt, eos

Ex-

EXPLICATIO



H Aereticos quocumque nomine &c. *Haereticus est ille, qui errorem habet aliquem contra fidem cum pertinacia.*

Ad effectum incurrendi hęc censuram, debet esse talis interius, & exterius, idest exteriori signo aliquo debet haerese manifestare, quam mente, & animo intus retineat. Et sic unum sine alio non satis esset ad hanc censuram incurrendam. Vnde, qui haereticus est tantum in mente sua, nec ullo signo, vel verbo, vel facto expressit errorem, non est excommunicatus: potestque absolui à quolibet confessario.

Triplex ergo conditio requiritur, ut excommunicatio hęc incur-

incurratur. Primo ut verbum, vel signum haresim satis exprimat. Secundò ut exterior actus sit malus de se, & lethalis. Tertio, ut actus ille exterior haresis confessio sit.

Cathecumenus non sufficitur huic censuræ, cum solemniter fidem Catholicam, non sit professus in baptismo. Et ideo Ecclesia non potest in eum directè tanquam in membrum suum, iurisdictionem exercere. Vgol. Suar.

Credentes &c. Per hæc verba comprehenduntur omnes, qui credunt eorum doctrinis: qui licet explicitè errorem non habeant tamen implicitè: exempli gratia. Vnus habebat multos errores, & dicebatur Lutherus, alter erat rusticus, & nihil in particulari sciebat, sed dicebat, se velle mori in fide Lutheri: prior erat hereticus, posterior dicebatur credēs.

Vel

Vel fauorem præstant, aut
receptant hæreticos; idest, in
ordine ad suam hæresim do-
cendam, defendendam, & hu-
iusmodi.

Libros. Hic comprehendun-
tur etiam legentes partem li-
bri non continentem hæresim,
puta Indicem, vel epistolam
ad Lectorem, & huiusmodi.
Etiam paruus libellus. Etiam
nondum typis excussus. Etiam
in locis, in quibus hæresis im-
punè grassatur, quia Bulla hæc
ligat omnes absque exceptione
Etiam quod legens non intelli-
gat sensum. Etiam si quis legat
inspiciendo tantum, & non
proferendo verba. Non tamen
qui audit legentem; nisi eius
auctoritate legeret.

Qui verò legunt ceteros
libros ab hæreticis compo-
sitos, non contrahunt huius
Bulle excommunicationem;
pro-

Sciendum est etiam, quòd aliud est legere libros prohibitos tantum, aliud libros hereticorum. Qui legunt libros primi generis, non in excommunicat. sed in peccatum mortale, et in alias pœnas ab Episcopo infligendas incurrunt. Qui vero hereticorum libros legunt, in hanc excommunicationem incedunt.

Retinentes. Aromatarii, & Lanij, qui cartis eiusmodi librorum involuunt obsoleta, & comestibilia, quæ apud se habent venalia, incurrunt: non enim Bulla considerat quæ mente tales libri retineantur.

Nec nõ Schismaticos. Schisma est rebellis separatio ab Ecclesia capite, & Vicario Christi. Sunt autem duo necessaria ad peccatum hoc contrahendum. Alterum, ut homo se separet ab Ecclesia capite per inobe-

inoherentia. Alterum, ut hoc cum rebellione quadam faciat, nimirum pertinaciter ipsius iudicium subire nolendo, eiusque praeceptum contemnendo.

Est autem aliquando Schisma coniunctum cum haeresi, quando homo opinatur, Pontificem Rom. non esse Christi Vicarium, nec Caput totius Ecclesiae. Sine haeresi autem est, quando interius quidem non negat, eum esse Caput, tamen malitia non vult ipsum recognoscere. Unde omnis haereticus est etiam schismaticus: sed non e contra.

Et eos, qui se a nostra &c. Personae illae hic comprehenduntur, quae ab obedientia Romani Pont. pro tempore existentis, pertinaciter se subtrahunt, aut ab ea recedunt. Non significantur hinc Schismatici, cum de talibus paulo ante aixerit, sed significantur, qui mandato

dato Romani Pont. pertinaciter idest, scientes esse tale mandatum, nolunt obedire. Nec hoc ad schisma satis est: nam schisma est quando homo in totum à iudicio, & obedientia Romani Pont. se subtrahit, opere ipso non recognoscendo eum superiorem. Hac ergo censuræ ligantur pertinaciter inobedientes, licet Schismatici non sint.

S. 2.

Appellantes à Pont. ad futurum Concilium, eorumque factores.

Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscunq; status, gradus, seu cōditionis fuerint; Vniuersitates verò, Collegia, & Capitula, quocunq; nomine nuncupentur, interdiciamus ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum
 Pon-